

Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psalmvs LX. Deus repulisti nos, & destruxisti nos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

PSALMVS LX.

Déus repulisti nos, & destruxisti nos.

EX TENEBRIS LVX.

- 1 Ad præstantem super Susan Gheduth : Michtham
Dauidis, ad docendum.
- 2 Cùm contenderet erga Aram Naharaim, & erga
Aram Szobah, & conuersus Ioab, percussit Edom
in valle Salis duodecim millia.

Carmen Dicolon Distrophon.

- 3 D impotis D E V S abstuleras nos percitus ira,
Sed nobis te redde precamur.
- 4 Nutat terra tuo scissa ac tremefacta furore,
Rimas tu committe labantis.
- 5 Tu populo exhaustire tuo prædura dedisti &
Plena tremoris pocula nobis.
- 6 Signa tuis tollenda dabus cultoribus V S Q V E
Propositi veri monumentum.
- 7 Det tua, vt euadant quos diligis ipse, salutem
Dextera, reque mihi facilem da.
- 8 Sancta loqués responsa dedit D E V S irrita nunquam,
Quæ gaudens ego certa tenebo.
- 9 Partiar ergo agros Sichimæ vallemque remensis,
Implent quam tentoria Suchoth.
- 10 Galgedium nemus & Manases mea iura subibunt,
Atque mei munimen Ephraim
- 11 Verticis: ac Iudas me decernente notabit.
Sunt & balnea nostra Moabus.
- 12 Perferet ipsa meam soleam calcantis Idume:
Tuque Palesthine & mihi plaude.
- 13 Quis me in munitam viætorem deferet vrbem?
Ducet Idumæas & in oras?
- 14 Cùm Deus amotos tu nos eieceris, ac iam
Nostra D E V S non agmina ducas:
- 15 Auxilium arætatis nobis tu porrige: vanum est
Ex homine exspectare salutem.
- 16 Nos ductore D E O turmas armabimus; illæ
Calcando nostros terret hostes.